

Heinrich Dringenberg

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Phil. Moral. Profess. ac Facult. suae hodie Decanus, Viri ... Dn. Joachimi Cochii, Urbis nostrae Senatoris Eximii, Funus ... Vidua curat, solenniter indicit, & ad eundum exequias Omnium ordinum Cives Academicos serio studioseq[ue] invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777434679>


Druck Freier  Zugang




Dringenberg, H.,

in J. Coch.

R. 1665.





PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HINRICUS Dringenberg/

Phil. Moral. Profefs. ac Facult. suæ

hodiè DECANUS,

VIRI

PRUDENTISSIMI SPECTATISSIMIQ;

DN. JOACHIMI
COCHII,

URBIS nostræ SENATORIS Eximii,

Funus,



crimis mœrore q; mersa superstitans

VIDUA curat,

solenniter indicit,

& ad eundum exeqvias

Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS

seriò studiose q; invitat.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typ. clc lbc LXV.



um plura alia, durante
Magistratu hoc nostro, fuere, qui-
bus admodum adversis uteremur,
tū ipsam etiam MORTEM non fa-
tis benignam, partibusvè nostris fa-
ventem sensimus. Enimverò quis
hac hyeme temerè fuit, cui seculo
egredi, adeòq; rem locupletare no-
stram adlubesceret? Conspiratum
jam quasi in vitam fuisse videtur, ne
MORS nobis lucrum foret. In quam quid peccárimus adeò,
id verò scire nos profiteremur æqvè cum ignarissimis. Retinuit
ACADEMIA suos, nec quisquam vel è numero, amicissimo-
rum licet, Collegarum fuit, cui fortunas augere nostras sedisset
sententia. Neque minus in CURIA, quæ ceteroqvi non stare
diu incolumis, aut omnibus membris suis permanere infracta
svevit, ita pertinaciter hastenus vivitur, uti paucos demum
ante dies repertus sit, qui amplissimum Ordinem, toto sibi tri-
ennio eximiè raroq; exemplo constantem, obitu suo mancum
mutilumq; redderet. Nam quod violentius, PROCERUM
quidam, jam ante pensit fatum, id verò ita comparatum est,
uti in censum venire non admodum possit. Naturali certè
morte primus seriem turbat, spesq; alteri jam facit novæ di-
gnitatis amplissimas, JOACHIMUS COCHIUS, VIR planè ex-
imius; & eà quidem ætate, quæ etiamnum bellè sibi constare,
proculq;

proculq; abesse à morte videbatur. Qui senio ceteroqvi jam-
tum sivè urgentur, sivè torquentur, MORTIS utiqve CANDI-
DATI, videntur illi quidem rejecturi ultimam horam in com-
modius tempus, istamq; scribendi non profus inamanam aut
illatibilem provinciam alii magis imposituri, quàm Nobis.
Quà in re patientiâ eqvidem opus esse, ferendamq; uti quam-
vis aliam, ita hanc quoqve sortem arbitramur, præcipuè
cum non temerè simus corrigendâ. Neqve enim cogere
quemquam, uti moriatur, licebit. Quamquam, nostrâ certè
sententiâ, non penitus inconsultè facerent, si, quibus quidem
decretum foret finire, maturarent negotium; quando æquè
fortè concinnè commodèq; honorari abs Nobis commentati-
one funebri quirent, quàm abs quoquam alio. Ceterum jocati
jam satis cum MORTE videmur; quod ceteroquin esse solet
periculosissimum. Ad propositum igitur veniemus, expo-
situri jam porrò, quæ hujuscemodi occasionibus adferri me-
morariq; siveverunt. Natus est NOSTER hac ipsa Urbe, Mu-
sarum sede clarissimâ, ROSTOCHI, die 7. Febr. Ann. 1616. Patre
DN. JOACHIMO COCHIO, Senatore; Matreq; SOPHIA
Klingen. Avus ipsi Paternus fuit DN. CHRISTIANUS Koch/
Senat. Gustr. Avia Paterna, MARGARITA Dohnsteinin.
Avus maternus illud Seculi, Principum ac Academiæ orna-
mentum, BARTHOLOMÆUS CLINGIUS: Avia materna,
MARGARITA Krohnin. Proavum paternum habuit unum,
JOACHIMUM Koch/Cos. Gustr. Proaviam paternam unam,
ANNAM Schüzin/ JOACHIMI Schüzin/ Praefecti Gustr.
& Svanensis, uti & Senatoris Gustr. F. NICOLAI Schüzin/
Senat. Gustr. Sororem, ac JOACHIMI Schüzin/ Cos. Rost.
Amitam. Proavum paternum alterum, HIERONYMUM
Dohnstein/ Illustriss. Principum Meckl. Secretarium, Cos. Gu-
str. ad REGES Galliarum, Poloniarumq; quin Principes Ita-
liæ Legatum. Proaviam paternam alteram, ELISABETHAM
Kleve

Klevenatwen / PETRI Klevenatwen / Senatoris Gustrov.
Proavum maternum unum, **JACOBUM CLINGIUM**, Co
Confluent. **LUDOVICI**, Cos. Confluent. F. Proavum ma
ternum alterum, **JOACHIMUM Krohn /** Senat. Rostoch.
BERNHARDI, Cos. Rost. F. **HINRICI**, Cos. Rostoch. N. Pro
aviam maternam alteram, **AGNETAM Schmiedes / LAU
RENTII Schmiedes /** Phil. M. & Senat. Rostoch. F. **BRANDA
NI Schmiedes /** Cos. Wismar. N. Ex his Parentibus Majori
busq; prima **JOACHIMO** nostro nativitas contigit, oppidò
quidem illa excellens eximiaq; sed tota tamen carnalis. Al
tera quæ successit, perq; sacrum obtigit fontem, uti spiritualis
atqve divina fuit, ita priore sexcenties extitit eminentior. Pa
trem amisit Anno 1629, die 25. Mart. Matrem verò 20. Jan. An.
1632. Hinc factitatum, uti unà cum Fratribus Tutores nanci
scretur **DN. HIERONYMUM COCHIUM**, Sen. Rost. Patru
um; **BERNHARDUM CLINGIUM**, Cos. Rost. & **REINHOL
DUM von Gehren /** Seniore, J. U. D. Areopagi Meckl. Ad
fessorem, & Synd. Rostoch. Materteræ Maritum; abs quibus
Præceptorum sic satis industriorum curæ informationiq; tradi
tus est, æqvè fideliter, ac si ipsi hoc in Filium Parentes officio
desungerentur. At verò cum longè ad Mercaturam, quàm li
terarum studia per ipsam naturam videretur proclivior, missus
est, jamjam dictorum Tutorum Consilio, isti fini exeqvendo
Hamburgum; indè, interlabente quadriennio, *Lipsiam*; ubi bi
ennium postquam hæssisset, lustrare **GERMANIAM**, illam Prin
cipem Orbis Terrarum portionem, secum constituit; operaq;
eà sic satis feliciter absolutâ, in patriam redux ad Uxorem adpli
cuit animum, nuptiasq; adeò, cœlo ita ordinante, celebravit
cum lectissimâ Virgine, **ANNA - CATHARINA Schönerin /**
DN. JOANNIS SCHÖNERI, Med. D. ac Prof. Gryphisvvald. ex
CATHARINA Erßsteinin / ALEXANDRI Erßsteins / Consi
liarii Svecici, F. Urbis Patriæ mox hinc Civis factus. Ex quo
toro

to non numerosa, & quidem ipsis denis capitibus constans, pro-
nata est proles. I. SOPHIA-CATHARINA. II. SOPHIA.
III. ALEXANDER-JOACHIMUS. IV. CATHARINA-ELISA-
BETHA. V. JOANNES-CHRISTIANUS. VI. ANNA-MA-
RIA. VII. FRIDERICUS. IIX. HIERONYMUS. IX. JOA-
CHIMUS. X. ANNA-CATHARINA. Ex his prima, sexta &
octavus originem repetiere suam, cœlo, unde venerant, resti-
tuti. Secundo-genita SOPHIA, ARNOLDO *Petersen* / Ju-
niori, Civi Rostoch. feliciter nupta, duobus FUNCTUM Nepo-
tibus, ARNOLDO & JOACHIMO, beavit. ALEXANDER-JO-
ACHIMUS, Mercaturæ gratiâ, *Hamburgi* adhuc moratur. JO-
AN. CHRISTIANUS, *Sundii* in literarum sese studiis exercet,
eximius planè, si DEUS vitam suppeditarit, VIR futurus. Su-
perstitantes 4. liberi gremio etiamnum materno foventur. Ma-
gna profectò thalami felicitas fuit, quòd tam prolixâ, uti dixi-
mus, sobole instrueretur. Sed non minor illa quoque exitit,
quòd pacatus ad eò foret, ut nunquam rediretur inibi in grati-
am. Enimverò Conjugum alter alterum amore, benivolen-
tiâ, & nescio quibus non mutuis officiis demerebatur; viveba-
turq; sic utrinque prorsus, uti, unam animam in duobus divi-
sam corporibus fuisse, vel ipso sacramento contenderes. Quod
quam incomparabile beneficium sit, nulli rectius scire valent,
atque intelligere, quam hi, quibus *mala contigit Uxor*. Post
Conjugium VIRI, videamus jam etiam, quæ gessit, officia.
Centumviratu & Præfecturâ ad D. GEORGII gnaviter dex-
trèq; per complures annos functus est. Cæterum non con-
tineri sese intra hosce limites passa VIRTUS COCHIA, per
CURIAM etiam diffundi non ad eò quidem satagebat ipsa,
quam merebatur. Igitur Anno 1656. ipso MATTHIÆ sa-
cro die, SENATOREM proclamari inter alios VIRUM audi-
vimus; Quam spartam ad usque ipsam mortis diem ita ornavit
profectò, uti non tam novus honor ei collatus, quam ipse po-
tius


tius decus atque ornamentum isti ordini & honori intulisse videretur. Nullum toto eo tempore, quo eximia dignitate claruit, erga superiores & Collegas venerationis & honoris, nullum erga pares comitatis & humanitatis, erga amicos benivolentiae officium desiderari unquam in se passus est. Inferiores quoque sine fastu admisit, affabilem, amicum ac officiosum iis, iuvandi; studiosum animum ostendit; atque ita omnium venerationem, benivolentiam & amorem vicissim promptum paratumque; expertus est; neque unquam commisit, uti sua culpa vel apud probos in reprehensionem incurreret, vel auram populari captus, improborum approbationem adfectaret. De inusitata erga DEUM, quae in FUNCTO fulsit, pietate, pluribusque; adhuc aliis virtutibus, quas silentio nos quidem, angustia chartae moti, praeterire cogimur, Concio funebris, quae pro more VIRO habenda, plenius curatiusque; ediffertabit. Nobis prope rare ad finem lubet; Morbum mortemque; DN. JOACHIMI jam tandem exposituris, non nostro quidem, sed Experientissimi Excellentissimique; DN. MEDICI, CASPARIS MARCHII, P. P. Amici ac Collegae nostri optumi, sermone styloque; quando nulla omnino fuit causa, uti vel verbulum immutaremus. *De morbo, inquit igitur ille, qui Viro huic integerrimo eben! fatalis fuit, pauca saltem, quaeque sub initium aut ante ultimum vita triduum, vix incutere tam propinqua mortis suspicionem poterant, nobis innouere: Sub auspicio nempe presentis mensis, cum agrotare KOCHUM hunc nostrum narrabatur, egoque, quantum veri subesset fama, ceteroquin nimium plerumque loquaci, ipsemet exploraturus ipsum inviserem, praeter lassitudinem membrorum, tussim & sitim vix quidquam in eo deprehendere potui morbofi, Urinae & Pulsu, Animi que; vigore existente a naturali statu vix dissimili; unde catarrhosum saltem & leve aliquod febrile malum hic suspicatus, pauca quaedam ordinavi, quibus sic satis obsequiosè utens, indies ferè melius habere sibi & nobis etiam visus est, mitigatà & tussi, & qualicunque illa exsuatione,*

estuatione; unde auctis in tantum viribus mature nimis confidens, die octavo Martii presentis, templum ingredi, tum Curiam quoque conscendere non dubitavit. At verò expositum hoc ipsò inclementiori aeris injuria corpus pessimè istud quidem tulit conamen: Aegre enim domum reversus mox angere coepit, & difficiliore respiracione tentari & insigniter viribus deficere, citra manifestum exterius calorem ob faucium arditatem multum sitibundus. Quod ubi postero die mihi innotuit, pejora statim metuere, & internam quandam ac vel gangrenosam partis alicujus corruptionem suspicari coepi, nec falsus apparui. Et si enim quæ faucium ruborem ac siccitatem (de quâ omnium maxime ipse erat sollicitus) corrigere, intusque gliscens incendium extinguere poterant, tum meâ tum Chirurgi ope fideliter administrata fuerint, frustra tamen laborari apparuit, invalescente celeriter Virium lapsu, & quâdam velut vaguâ & in apoplecticum soporem propensione succedente. Ità ergò decollante spe curationis, rem omnem DEO committere, & beatissimum præstolari immò vel precibus nostris promoveri suam par omnino piùmque fuit; qualem etiam paullo post, in ipsa nempe meridie dies vi. Martii divina ei elargita est Benignitas, ubi citra tormenta ulla, postquam clausos dudum oculos semel adhuc aperuerat, veluti valedicturus circumspiciens, iis mox iterum conniventibus, placidissimè expiravit. Sit nomen DOMINI benedictum! Hucusque MEDICUS. Nos unum saltem jungimus, quod reticere nefas foret. Scilicet non ante facto suo functum tamen NOSTRUM, quam per Ministrum Verbi, VIRUM pl. Reverendum & Clarissimum DN. JOACHIMUM LINDEMANNUM, Archidiac. Marianum præclarissimè merentem, Amicum nostrum veterem honoratissimùmque cœlesti pabulo, ceu extremo viatico, reficeretur, uti animæ ad minimum benè foret, quicquid corpore tandem fieret, quod mox cessurum ægritudine luculentè fati concernebatur. Nostrarum jam partium fuerit, CIVES ACADEMICI, optimum VIRUM, quando aliis colere amplius officii non possumus, supremo

premo honore cumulatur profus afficere. Quapropter agite,
O NOSTRI, frequentes congregamini, prosecuturi funus ac
deducturi ad sepulturam destinatum locum, ubi deponetur cor-
pus, tam eximia habitaculum animam: Quæ quousque corpo-
reis vinculis teneretur, nullas cogitavit aut molita temerè res
est alias, quam quas in non minutos Urbis ac Reipubl. usus, lu-
culentissimaq; commoda cessuras esse intelligeret. Et si nihil
nos instigare omnino ad eundem VIRO exequias valeret, sal-
tem inde non denegandum id studii genus foret, quod litera-
tos, eorundemq; ordinem, ipse licet non admodum literatus,
maximo semper, dum viveret, favore ac benivolentiâ profe-
qveretur. Date igitur operam, ne negligentes in ultimo offi-
cio, aut parci in comitando fuisse videamini. Nos qui-
dem certè studiosissimè id abs Vobis, se-
riòq; contendimus.

P.P. sub Sigillo Rectoratus, die xvii. Martii,
Anno redempti Orbis 1665.
Convenietur in Æde B. VIRGINI sacrâ
Horâ i. pomerid.





GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.



estuatione; unde auctis in tantum viri
die octavo Martii presentis, templum in
conscendere non dubitavit. At verò expo
aëris injuria corpus pessimè istud quia
enim domum reversus mox arigi cœpit, &
tari & insigniter viribus deficere, citra m
ob faucium arditatem multum sibi unda
mibi innotuit, pejora statim metuere, &
gangrenosam partis alicujus corruptione
apparuit. Est enim quæ faucium rubore
um maximè ipse erat sollicitus) corrigen
um extinguere poterant, tum meà tum C
nistrata fuerint, frustra tamen laborari
ter Virium lapsu, & quædam velut vapu
rem propensione succedente. Ità ergò d
omnem DEO committere, & beatissimum
bus nostris promovere suem par omnino
paullo post, in ipsa nempe meridie dies
est Benignitas, ubi citra tormenta ulla, po
los semel adhuc aperuerat, veluti vale
mox iterum conniventibus, placidissimè
MINI benedictum, ! Hucusque ME
tem jungimus, quod reticere nefas for
to suo functum tamen NOSTRUM,
bi, VIRUM pl. Reverendum & Clariss
LINDEMANNUM, Archidiac. Mari
rentem, Amicum nostrum veterem h
pabulo, ceu extremo viatico, reficer
mum benè foret, quicquid corpore
cessurum ægritudini luculentè satis
rum jam partium fuerit, CIVES AC
RUM, quando aliis colere ampliùs o

imis confidens,
Turiam quoque
ò inclementiori
amen: Aegrè
espiratione ten
terius calorena
ubi postero die
vandam ac vel
cœpi, nec falsus
n (de quâ omni
iscens incendi
fideliter admi
alescente celeri
plecticum sopo
urationis, rem
umò vel preci
qualem etiam
ina ei elargita
cos dudum ocu
inspiciens, iis
Sit nomen DO
los unum sal
et non ante fa
linistrum Ver
DACHIMUM
larissimè me
umq; celesti
imæ ad mini
et, quod mox
tur. Nostra
optimum VI
possumus, su
premo

